



Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Friderici Karg de Bebenburg Serenissimorvm DD.
Fratrvm Principum Electorum Colon. & Bavar. Ducum &c.
... Dissertationes Theologicæ, Nomo-Canonicæ,
Historicæ, & Politicæ Ad Constitutionem ...**

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Coloniæ Agrippinæ, 1690

Approbationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38308

*7io-
utie-
bra,
lim
ac-
tq
cle-
ter
cu-
am
que
E-
ni-
A-
tis
n,*
lis
n.
2

APPROBATIONES.

Canonica hæc exegesis Constitutionis Gregorianæ Excellentissimi sui Autoris D. JOANNIS FRIDERIC: KARG de Bebenburg excellentiam sic prædicat, & omnigenæ simul ejus scientiæ ac eruditionis in afferendo, tutandoque Christianorum Asylo : tale dat specimen, ut jure Commeatatiis quibuscumque aliis de hoc arguento scriptis si non anteponi, saltem nulli postponi queat. Ita lectis & perpensis accuratè omnibus & singulis, quæ in ea afferuntur censeo. Coloniæ Agrippinæ s. Octobr. 1689.

*Henricus Cuperus Societ. Iesu
SS. Theol. Doctor & Professor
publicus. M. P.*

Excellentissimi D. JOANNIS FRIDERIC: KARG de Bebenburg dissertationes ad Constitutionem Gregorianam de immunitate locali Ecclesiarum legi : Cumque in iis nihil sit, quod fidei Catholicæ aut bonis moribus repugnet, & doctrinam præterea contineant raram, variam, omnibus perquam utilem, multis necessariam, censeo eas non esse intra privati musæi parientes abscondendas, sed typo publicandas; ut lucerna in materia alioquin satis obscuratam

eam præclarè lucens non sub modio' ponatur, sed supra candelabrum, ut omnibus lucere & prælucere possit. Coloniæ 3. Octobr. 1689.

Petrus Hervartz Societatis Iesu
SS. Theol. Doctor & Professor in U-
niversitate Colonienſi.

Censura Ordinarii.

Dissertationes Theologicæ Nomo Ca-
nonicæ, Historicæ & Politicæ de jure
sacri Asyli ab Excellentissimo & Reveren-
dissimo D. JOANNÆ FRIDERICO KARG de
Bebenburg, &c. Inter immensas curas di-
sertè, inter continuos pro bono communi-
labores laboriosè doctèque elaboratæ, & à
S. Theol. Doctoribus lectæ, & approbatæ,
tanto magis merentur typum & lucem
publicam, quo expeditius & excellentius
ab Excellentissimo Authore Gregoriana de
immunitate locali Ecclesiæ Constitu-
tio est enodata & dilucidata, hinc typis &
& luce dignissimas censebam. Coloniae A-
grippinæ hac 9. Octobr. 1689.

Christianus Neuvental Elsius. SS.
Theol. Doctor, Collegiate Ecclesie
S. Andreae Decanus, Gymnasi Mon-
sani Regens Librorum censor. M.P.

FELIX